



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

39. An si sponsa de futuro, vel vidua carnaliter delectetur de copula
præterita, & futura, peccet mortaliter? Et cursim docetur, viduam non
peccare mortaliter, si ob ortam cogitationem copulæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

Tractatus Sextus

350

medii, vers.
Et tactus, &
in alia Ref.
earum an-
notacioni,
ad eius me-
dium.

erore apposuit Fagundez) licere, quoties non ad-
est pollutionis periculum; sed ipse à piaculo veniali
non excusat propter mollitudinem nimiam specia-
tim in obsecenis indicat. Et ego sententia patris
Escobar adhærebo. Aduerto tamen, quod Fillius
non dixit absoluere dicta oscula licere, nec excusauit
à peccato veniali, sed tantum à mortali, vt patet ex
ipsis verbis tom. 2. tract. 30. cap. 10. num. 195. sic
enim ait; Oscula in partibus in honore à fortiori
esse peccata mortalia, hæc enim in iis partibus non
sunt, nisi ex amore libidinoso, & depravato, &
practicè loquendo semper sunt oscula libidinosa in-
ter non coniugatos. Inter hos autem eti non sunt
cenfenda peccata mortalia, tamen incipiendae sunt
qui hoc faciunt, tanquam operis arguentis animum
nimis mollem, & libidini deditum. Ita Fillius.
Itaque non dissentit ab Escobar, quibus adde Roc-
cafel vbi infra.

Sup. hoc in-
fra in Ref.
184. & pe-
nult. & ult.
& in Refol.
187. cufus
ad median
§. & in Ref.
188. brevis.
sime in lin. 1.

4. Nota etiam dictum Patrem Escobar num. 67.
afferrere ex Fagundez, mortiferum esse virile mem-
brum in uxoris immittere; Ego hoc etiam olim
docui, & nunc me citato docet Joseph Rocafull in
Praxi Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. de 6. precepio
Decal. cap. 2. num. 200. quia hoc non est simpliciter
osculum pudendorum, sed quædam irrumatio diuer-
sæ speciei cum periculo consummandi præpostere.

RESOL. XXXVII.

An tactus, & oscula inter sponsos de futuro sunt liciti?
Et an hoc non procedat inter sponsos de futuro sub con-
ditione, si Papa dispensaverit?

Et an imperata dispensatione, licet non sit ratiocinatus
prior confessus ille, sicut illis amplexus & oscula co-
modo, quo licet sponsos de futuro? Ex part. 4. tract. 4.
& Mise. Ref. 131.

§. 1. Negatiuè responderet Io. Franciscus Suárez
in encycl. cas. confi. lib. 7. ver. luxuria. §. oscu-
lum, & tactus, & Gaspar Hurtado tract. de matrim.
disp. 10. diff. 10. n. 48. quia ex una parte grauiter
opponuntur castitati, & ex altera nondum est matri-
monium, quo possint excusari, qui à sponsalibus
excusari non possunt, quia sponsalia, quamvis sint
inchoatio quædam matrimonij, & prædicti tactus
tantum sine inchoatio quædam copulæ coniugalis,
non sufficiunt ad eos excusandos, quia inchoatio
contractus non sufficit ad excusandum usum rei de
qua est contractus, quamvis solùm inchoatio &
imperfectum, quia quovsque contractus est perfec-
tus, non traditus dominum rei; qui autem non
dum dominus rei, nullatenus adhuc imperfectè pos-
test ea vi, vrope adhuc aliena, quamvis iam sibi
promissa. Ita Hurtado, cui adde alios, quos citauit in
part. 2. tract. 3. miscell. refol. 6.

2. Sed ego, ibi, & merito, contrariam sententiam teno com-
DD. quos citat & sequitur Bonacina de mar. p. 4.
punct. 8. n. 3. quibus ego addo Emanuel de Valle
de Moura opus. 1. de Ensal. & Incan. libro 10. cap. 18.
n. 14. Castrum Palaum tom. 1. tract. 1. diff. 4. p. 10.
§. 2. n. 7. Malderum in part. 1. q. 74. art. 10. Monte-
sinum in part. 1. tom. 2. q. 74. art. 8. p. 8. n. 101.
Martinez in part. 2. tom. 2. q. 74. n. 8. p. 1. n. 101. de
Elect. dub. 2. concl. 7. Villalobos in summa tom. 2. cap. 40.
dub. 17. n. 3. Philarchus de off. Sacerdot. tom. 1. part. 2.
lib. 4. cap. 18. Fillium tom. 1. tract. 1. diff. 10. cap. 10. num. 351.
Layman in Theol. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 2. num. 14.
Tannerum in part. 2. diff. 4. q. 74. art. 8. n. 13. & Basilium
Pontium de matr. lib. 10. cap. 16. 18. 2. n. 20. & 11. Et tri-
tio est, quia sicut actus externus venetus, respectu
sponsa, aut vidua non est licitus, ita neque est licita
delectatio, qua de illo actu capitius non constante
matrimonio. Et ira etiam hanc sententiam patet
DD. citatos, tener Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 15. n. 20.
& Vasquez in part. 2. diff. 114. num. 3.

3. Notandum est tamen, hoc non procedere in-
ter sponsos de futuro, sub conditione, si Papa dis-
pensaverit, his enim non sunt licita tactus & oscula,
qua sponsis de futuro permisla sunt, ex ratione, qua
adducit Sotus in 4. diff. 29. q. 2. art. 1. & Sanch. de
matr. to. 1. lib. 5. diff. 1. n. 38. & alii penes ipsum, qui-
bus adde Salas in 1. 2. D. Thom. q. 78. tract. 13. diff. 6.
sect. 26. n. 177. Molochum in summa 10. 1. tract. 4. c. 15.
n. 13. Villalobos vbi suprà n. 1. Ludovic. de San Juan

in summa tom. 1. q. 2. art. 8. de Sacram. matr. diff. 12.
at impetrata dispensatione licet non sit ratiocinatus, si
prior ille consensus, puto licere illis amplexus & os-
cula, eo modo quo licet sponsis de futuro, quia tunc
illa sunt vera sponsalia, vt optime obseruat, & tener
q. 3. de Sacram. matr. dub. 8. num. 95.

RESOL. XXXIX.

An si sponsa de futuro, vel vidua carnaliter doli-
tur de copula præterita, & futura, peccat morta-
liter?

Et cur si docetur viduam non peccare mortaliter, si
abortam cogitationem copula carnalis ratiocinatur,
defuncto eam approbet voluntate, & sic etiam
descendunt de sponsa circa copulam carnalem ipsam,
& coniugalem, si eam, vel desideraret, vel pro-
plice voluntatis affectione approbet, quod ad exten-
di ad omnem voluntatis affectionem, etiam sim-
plicis complacationis concepi & ex cogitatione concu-
bitus cum muliere, si vxor esset. Ex part. 1. m. 1.
& Mise. 1. Refol. 2.

§. 1. Negatiuè responderet Alphonse Cornel in Sp. 1.
part. 1. D. Thom. q. 3. art. 7. art. 8. n. 3. dub. 1.
Herrera de peccatis diff. 3. q. 9. 13. Victoria, q. 2. de fa-
cere. & sequitur Medina in part. 2. q. 74. art. 3. Tard. 1.
ibid. diff. 4. dub. 3. & alii recentiores. Et ratio etiam bds.
Curiel, quia delectatio carnalis in vita consequitur, vidua
ad actum, qui sunt liciti, & delectatio legit naturam
actus, ad quem consequitur. Ergo &c. Deinde vidua
non delectatur de libidine præsenti, sed de libidine
in memoria, hoc est, de præterita, ut præterita; &
militier sponsus, non de libidine præsenti, sed de fu-
tura copula delectatur. Ergo, &c. Et hanc sententiam
probabilem esse docuit Corduba in q. 74. art. 1. q. 12.
dub. 19. & alii; vide etiam Valentianum tom. 4. diff. 1.
q. 1. & 2. punct. 4. Sa verb. luxuria. n. 1. 2. & Sylvestrum
verb. delectatio, q. 3. cum Salas in part. 1. n. 1. 2.
diff. 6. sect. 30. num. 201.

2. Ego tamen contrariam sententiam teno com-
DD. quos citat & sequitur Bonacina de mar. p. 4.
punct. 8. n. 3. quibus ego addo Emanuel de Valle
de Moura opus. 1. de Ensal. & Incan. libro 10. cap. 18.
n. 14. Castrum Palaum tom. 1. tract. 1. diff. 4. p. 10.
§. 2. n. 7. Malderum in part. 1. q. 74. art. 10. Monte-
sinum in part. 1. tom. 2. q. 74. art. 8. p. 8. n. 101.
Martinez in part. 2. tom. 2. q. 74. n. 8. p. 1. n. 101. de
Elect. dub. 2. concl. 7. Villalobos in summa tom. 2. cap. 40.
dub. 17. n. 3. Philarchus de off. Sacerdot. tom. 1. part. 2.
lib. 4. cap. 18. Fillium tom. 1. tract. 1. diff. 10. cap. 10. num. 351.
Layman in Theol. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 2. num. 14.
Tannerum in part. 2. diff. 4. q. 74. art. 8. n. 13. & Basilium
Pontium de matr. lib. 10. cap. 16. 18. 2. n. 20. & 11. Et tri-
tio est, quia sicut actus externus venetus, respectu
sponsa, aut vidua non est licitus, ita neque est licita
delectatio, qua de illo actu capitius non constante
matrimonio. Et ira etiam hanc sententiam patet
DD. citatos, tener Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 15. n. 20.
& Vasquez in part. 2. diff. 114. num. 3.

3. Notandum est tamen, quod mulier ex DD. ci-
tatis docent, vidua non peccare mortaliter, si ob-
sta cogitatione copula carnalis cum marito defun-
cto, eam approbet voluntate, & sic dicendum pa-
tent, quod sicut actus externus venetus, respectu
sponsa, aut vidua non est licitus, ita neque est licita
delectatio, qua de illo actu capitius non constante
matrimonio. Et ira etiam hanc sententiam patet
DD. citatos, tener Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 15. n. 20.
& Vasquez in part. 2. diff. 114. num. 3.

conceptus ex cogitatione concubitus cum muliere, si viror est; sed hanc sententiam in praxi non audet consultare Laym. in *Theol. moral. lib. 1. tract. 3. c. 2. n. 13.* & ego similiter; & illam nouissime reprobat Caltr. Palauis *tom. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 10. §. 2. num. 6.*

4. Dicendum est igitur absolutè non esse licitam vidui delectationem ortam ex cogitatione copulae habita tempore matrimonij, neque sponsis de futuro delectari de copula habenda tempore coniugij, vnde licet Valentia *vbi supra, tom. 4. disp. 6. quaest. 4. punct. 4.* per se loquendo, teneat primam sententiam, attamen postea sic asserit. Quoniam motus saltem concupiscentiae facile excitatur, cum illa delectatio in animo heret, crediderim propter periculum consentendi direcere, aut indirecte in aliquam concupiscentiam mortalem, plerumque talem delectationem de actu præterito coniugali in vidua esse mortale peccatum; aut enim grauis mulier est, & pia, aut leuis. Si est grauis, & pia, non admittet, vel certè non faciebit ei modi delectationem in animo; sin autem leuis est, magno periculo sese exponit, propter rationem dictam, itaque peccat mortaliter. Hæc Valentia.

RESOL. XL.

An non obstante copula violenter extorta intra bimembre possit sponsa, que vim passa est, contradicente viro, ad Religionem transire?

Et an possit talia feminæ, que in dicto casu, vim patitur, incontinenti conari ad semen emitendum iam receptum? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 24. alias 242.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Thomas Sanchez de matrim. *tom. 1. lib. 3. disp. 2. 1. n. 6.* cum aliis penes ipsum, quibus adde Emanuel Sæverius *matr. n. 17.* quia sponsus grauen intulit iniuriam cum non haberet ius copulam extorquenti ante bimembre concessum; ex cap. *ad nostram, de empi. & vend. cap. tunc de clericis non resid. cap. sedes, de rescripto.* cum multis similibus, quæ congruit Tiraquellus de *retract. lign. §. 3. glossa 9. n. 68.*

2. Sed opinio contraria præter alios multos reñer nouissime aduersus Sanchez Basilius Pontius de matrim. *lib. 9. cap. 10. num. 3.* quia iam matrimonium consummatum est, & iura sine distinctione loquuntur, quare vbi ius non distinguit, nec distinguendum est, nisi turpitudine sequatur. Non ergo potest talis feminæ in iusto viro ad Religionem transire. Cæteras rationes videbis apud præfatum Pontium *vbi supra, qui num. 4. invenitur etiam contra Sanchez loco citato, n. 22.* asserentes posse talen feminam, quæ in isto casu vim patitur, incontinenti conari ad semen emitendum iam receptum, quia tunc inquit, semen non habeat pacificam vasis possessionem. Sed ait Pontius, si dum relutatur feminæ, euenit, ut semen effundetur extra vas, illam ego à peccato liberam iudicarem. At semel effusum semen, atque receptum, cuius nullus alias vlos est, nisi in ordine ad generationem, emittere turpissimum est. Neque vero, quia feminæ posset, dum vim patitur, virile membrum extrahere, ideo potest & semen iam receptum emittere, nam aliud est impedimentum apponere, dum quasi in via est ad consummatum violentus aggressor; aliud vero semen encere, cum iam ad finem peruentum est, & consummatum matrimonium, vt satis constat. Et denique inquirendum est à Sanchez, quo sine honestari possit ea cœlio seminis; nam vt ea honesta esse posset, necessarium esset, vt duo concurrent præcepta, vnum

efficiacius alio; hic autem concurrit præceptum naturale non eiciendi semen, cum consilio fuscipendi habitum religiosum. Quomodo ergo potest illa effusio honesta reddi? Hæc omnia Pontius loco cit. contra Sanchez, cuius sententiam principalem positam in titulo questionis his non obstantibus, tenet nouissime Layman in *Theol. moral. lib. 3. tract. 10. part. 3. ap. 6. num. 3.* Vide etiam Villalobos in *summ. tom. 1. tract. 13. diff. 13. num. 5.* hanc questionem tractantem.

RESOL. XLI.

An sponsa per vim oppressa à sponsu ante bimembre possit semen incontinenti expellere?

Et an intra bimembre possit maritus uxorem iniuriam cognoscere, abique peccato mortali, dato, quod de ingredienda Religionem non cogitet?

Et an, qui non cogitat ingredi Religionem, statim ac fieri contractus, teneatur reddere alteri debitum.

Et notatur, quod quamvis transferret bimembre ante consummatum, volentis ingredi Religionem irrogari iniuriam, si vis comprimitur ad consummatum, quando statim ac ab ipso petitur debitum, vult Religionem ingredi, quia ei licet ingredi statim. Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 18.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam, tanquam probabilem, admittit Sanchez de matr. *re. 1. lib. 2. disp. 25. n. 17.* ea communis doctrina, quam amplectuntur, Sotus *lib. 5. de iust. quaest. 1. art. 8. vers. 2.* De bonis autem, Bañes *2. 2. quaest. 4. art. 7. dub. 3. ad 2. Aragonius art. 7. fol. 382. §.* In hac difficultate expli-
canda, & ibi Saloniūs controverit. *2. §. Ex his sequitur.*

Manuel. *1. tomo Summa. 2. editione, cap. 136. n. 15.* ex doctrina, inquit, quæ habet, licet priuata auctoritate furem incontinenti, vbi futrum atripiuit, antequam in loco tuto constitutus sit, percutere, & eam reputari defensam: similiter ergo reputabitur defensa, cum incontinenti, & statim, ac semen receptum est, feminæ vim passa expellit, secùs quando iam semen habet possessionem, & est quasi in loco tuto constitutum; enim non erit defensa, sed intrinsecè malum. Et confirmatur: quia posset feminæ illa vim passa, quocumque tempore membrum virile extrahere, si posset, quamvis semen effundendū esset, non enim tenerit id pati: ergo incontinenti ac effusum est, potest similiter expellere: quia, cum nondum semen habeat pacificam vasis possessionem, adhuc quasi in fieri, & in ipsa effusione reputatur esse. De sponsa autem de præsenti per vim cognita, id nota affirmare: quia iniuria est multò leuior, nec infamia patitur, & dannum non est admodum grane. Nec de feminæ per metum cognita, quia copula fait voluntaria; & cum peccato admissa. Ita Sanchez,

2. Sed aduersus illum acriter insurgit Magister Taxeda in *Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 124.* Quia expellere semen intra vas constitutum, est intrinsecè malum, vt pote contra naturam ordinantem semen illud ad prolis generationem: ergo ex nulla causa honestari potest. Secundò, quia ex illo feminæ viti intra vas feminæ decisio, potest orihi proles: ergo viror illud expellens peccat contra iniuriam, interrogans proli maximam iniuriam. Tertiò, quia quando semen iam habet possessionem, & est quasi in loco tuto constitutum, nequit viror vi oppressa illud expellere: ergo neque quando statim, & incontinenti decimus est. Antecedens cōceditur à Sanchez. Sed euidēter probatur cōsequentia: quia semē ī de-
cisū intra vas feminæ, in quo cōque loco sit, sive na-

Sup. hoc in
Ref. præteri-
ta §. 2. paulo
pot initia,
à vers. alle-
rentem pos-
se, & in to-
tr. 6. ex do-
ctrina Ref.
32. prope si-
nem, à vers.
vbi tamet;

Tom. II.

¶ g. 2. p. 8